

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Vorst Friedrich Polmann

De Studio Sermonis Tum Veri, Tum Falsi Diatriba

Rostochi[i]: Richelius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730155331>

Druck Freier  Zugang



Ruphill 1653
Johann Vorstius-
Friedrich Polmann



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730155331/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730155331/phys_0002)

DFG

XIII.

ΣΥΝΘΕΩ.
^{DE}
STUDIO SER-
MONIS TUM VE-
RL TUM FALSI

DIATRIBA,

QVÆ

l Maff
IN ILL. ACADEMIA ROSTOCHIENSI
PLACIDÆ VENTILATIONI
SUBJICIETUR

A
PRÆSIDE

M. JOH. VORSTIO.

ET

RESPONDENTE

FRIDERICO POLMANNO,
HAGIOGÆO HOLSATO,
DIE XXX. MARTII.



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senat. Typographi.
ANNO M. D. C. LIII.

SERENISSIMO ET CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DN. FRIDERICO.
HEREDI NORVEGIÆ, DUCI SLESVICI,
HOLSATIÆ, STORMARIÆ ET DITHMAR-
SIÆ, COMITI OLDENBURGIET
DELMENHORSTÆ &c.
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

MIffo à te, Serenissime & Celsissime Princeps, ad hunc bonarum literarum mercatum, id mibi incumbere facile intelligo, ut & recta dicam, & sermone ea expromere valeam. Hec scil. sunt duo ista, quæ omni ævo à sapientibus commendata sunt his qui ad bonas literas animum appulerunt. Et Græci quidem, cum duo ista commendare voluerant, unum eorum οὐρεῖται, alterum δύναμιν ἐρμηνευτικὴν eleganter appellaverunt. Quæ igitur incumbere mibi scio, ea exseqvi, quocunq; modo id fieri possit, velim. Eorum autem posterius nescio an rectius consèqui quis possit, quām si pro more Academico, certum quoddam argumentum constituantur, de quo placida instituantur disceptatio & συζήτησις. Quamobrem & ipse, Serenissime Princeps, hanc exercitiū nationem, dum licet, iniire velim: eumq; in finem, quæ in has chartas coniecta sunt, disputationis cuiusdam argumentum facere placer. Cæterum ipsam hanc commentatiunculam ad tuam Celsit. humilitatem defero, velim, eam leve quoddam documentum esse grati ejus animi, quem à multis jam annis tuæ Cels. debui, & adhuc debeo. Humilitate item tuam Cels. oro ac obtestor, ut hoc Academicum exercitium serenā fronte suscipias, meq; clementiā tuā proseqvi ultraius digneris. Servet te Deus, ô PATER PATRIÆ, in multis adhuc annos, tuumq; populum sub umbone tuo amplius feliciter agere jubeat.

TUE CELSIT.

Humilimus Servus & Alumnus,
FRIDERICUS POLMANNUS,
HAGIOGÆUS HOLSATUS.



Duplici λέγω differimus homines à brutis animantibus, tum
deo quem Græci ἐνδιάθετην & τὴν ἔστω vocant, tum & illo,
quem iidem vocant ἀφορμὴν & τὴν ἔξω. Prior quidem
λέγω, est ipsa de rebus cogitatio, ipsa intellectio: posterior verò est
quædam sonorum ac vocum certo ordine modoq; instituta conge-
ries. Prior qvoq; sine dubio multò excellentior est quam posterior.
Eius tamen λέγε qui excellentior est, imaginē & ἀναλογίᾳ quiddam
expressum videmus in ipsis qvoque brutis: alterius λέγε non irem.
Non audias canem aut bovem nostra verba conari. Elephantis mira
quædam & exsors inter bruta est solertia. Ad utendum vocibus au-
tem bestia illa assuefieri haud potest. Qvorundam volucrum ea fa-
cultas est, ut pauca quædam nostra verba imitantur: idq; non nisi ho-
minum curā atq; operā accidente. Qvod autem λέγω τῷ ἐνδιάθετῷ
hominum, in brutis analogum est, id brutis est prorsus naturale.

II. Cæterum homines, qui multò plura capere possunt quam
bruta, de ipso qvoq; sermone formando cogitare possunt. Ut verò
cogitent de eo, fit propterea præcipue, qvod sermonem animadver-
tunt sibi utilem esse atq; necessarium. Est ubi nos scire opus est idem
illud qvod sciunt alii. Est item ubi qvod alii sciunt, nos qvoq; scire
est opus. Sed hæc ipsa obtineri haud possunt absq; sermonis benefi-
cio. Qvo sit igitur, ut sermonem formare discamus, qualem jam
ante nos formarunt alii. Est ille signum cogitationis nostræ. Et, ut
Philosophus cap. I. περὶ ἐργ. habet, τὸ εἰ τῷ Φωνῇ, τὸ εἰ τῷ Ψυχῇ πε-
θημάτων σύμβολά εἰσι.

III. Sed istud cogitationum nostrarum signum valde varium
est. Possunt diversarum nationum homines unum idemq; cogitare,
e. g. Deum esse justum: non autem omnes illi cogitationis istius u-
num idemq; signum proferre possunt, aut solent, qvo, qvid ipsi co-
gitent,

gitent, doceri possint alii. In quam sententiam præclarè iterum prædictus Philosophus in eodem loco: ὡς τερτία έδει χάρησθαι πάντοι τοις αὐτοῖς, οὕτως έδει Φωνὴν αἰτεῖνται. Οὐ μέν τοι τοῦτο σημεῖον περὶ αὐτῶν, τοις αὐτοῖς παθήσαστε τὸ Ψυχῆς.

IV. Cæterum quemadmodum istud cogitationum genus, quod enunciationem vocant, eaq; appellatione ab aliis cogitationum generibus separant, vel verum est vel falsum: ita & sermo qvī ejus signum est, vel verus vel falsus est. Vera qvidem cogitatio est, si cogitem, aliquid alicui competere sive inesse, quod revera ei competit sive inest: item, si cogitem aliquid alicui non competere sive non inesse, quod revera nec competit sive inest. Falsa verò cogitatio est. Si cogitem, aliquid alicui competere quod ei non competit, aut, aliquid alicui non competit, quod tamen revera competit atque inest. Qvi sermo igitur cogitationis veræ signum est, is & ipse verus dicitur. Qvi verò cogitationis falsa signum est, qviq; adeò ipsas res male separat, aut conjungit, is & ipse falsus est dicendus.

V. Jam obligati sumus homines, quemadmodum ad alia quædam, ita & ad utendum apud alios, interdum qvidem sermone vero, alias verò sermone falso. Vel, quod idem est, vult ac judet nos summus rerum arbiter, interdum sermone vero uti, alias sermone falso. Plato lib. I. de Rep. veriloquium adjustitiam refert. Tullius item in lib. I. Off. quæstionem de veritate eloquendâ ad justitiæ fundamenta refert. Ubi verò obligati sumus ad utendum sermone vero, ibi facile intelligitur nos obligatos quoq; esse ad abstinentum sermone falso. Quod si igitur tum sermone falso uti quis velit, ubi utendum est vero, meritò id ipsum in vitiis ponitur. Et potest sane sermoni vero studeri, ubi ita fieri debet. Potest item eidem studeri, ubi id fieri est nefas. Rursus & sermoni falso studeri potest ac solet, ubi id fieri nefas est. Est item, ubi id fieri omnino convenit ac debet.

VI. Qvoniā autem sapientius vero sermone uti, verumq; dicens oportet, quam sermone falso: sit ut & vero sermone uti & verum dicere, in rectis factis poni soleat, neglecto ferè illo, quod interdum non vero, sed falso sermone uti oportet, aut, si illo nolis, prorsus nullo utendum est. Rursus, qvā sapientius falso sermone est abstinentum quam vero: sit, ut & falso sermone uti, falsumq; dicera,
in vi-

Latini
in virtutis ponatur, neglecto ferri, quod & falso sermone quandoque ut
oportet, & vero contra est abstinendum. *Venit* Latinus dicunt, qui
libenter verum dicit. Non autem eo vocabulo simul comprehen-
dunt & verum dicere, ubi non oportet. Et ab eâ voce καλογέρος
formari solet *veracitas*: quâ voce ipsum habitum vero sermone, ubi
id oportet, utendi appellant Ethici. Græci φιλαλήθη appellant,
quem οἱ λατίνοι *venit*. Vocare etiam cum Aristotele possis
ἀληθεύειν. Nam ἀληθεύειν significat verum dicere. A quo verbo
formatum adjectivum in νός, talem significare potest, qui verum di-
cere cupit, qui ad verum dicendum est pronus.

VII. Sed nec quodvis verum dicere comprehendere possunt,
cum & ἀληθεύειν in recte factis ponunt, & τὸ φιλαλήθη & ἀληθεύ-
τικὴν laudibus mactant. Sic etiam, cum τὸ ψεύδεσθαι vituperant, non
possunt intelligere quodvis falsiloquium. Agnoscent enim, oportere
re aliquando ψεύδεσθαι. Eustathius ad Od. β: Ψεύστης καὶ ποιεῖ ὁ
ποτός. De quo nescio an recogitarit Philosophus cum lib. IV. Eth. Nic.
c. 13. scripsit: καθ' αὐτὸν τὸ μη ψεῦδος. Φαῦλος καὶ ψευδόν, τὸ δὲ ἀληθὲς
νηλὸν καὶ ἐπινετόν, Per se quidem falsum est malum & vituperabile: ve-
rum autem bonum ac laudabile est.

VIII. Latini vocem habent quâ eum designant, qui ad falsum
dicendum pronus est, ubi id fieri non decet. Vocant quidem men-
daciem. Sed & cognatas voces mendacium & mentiri ut plurimum in
malam partem usurpant. Cum vero mendacium dicere & mentiri in
bonam partem usurpant, tum fere abusus vocum est. Fabius lib. XII.
instit. Orat. cap. II. judicat, facturum aliquando bonum virum ut men-
daciū dicat. Ubi sane τὸ mendacium dicere nihil aliud significat
quam falsum dicere, falso sermone uti.

IX. Apud Gellium P. Nigidii, hominis ex antiquissimis Lati-
nis, haec sunt verba: *Inter mendacium dicere & mentiri distat.* *Qui*
mentitur, ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur. *Quia mendacium*
dicit, ipse fallitur. Item: *Qui mentitur, fallit quantum in se est.* At
qui mendacium dicit, ipse non fallit, quantum in se est. Item: *Vir bo-
nus præstare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendaciū dicat.* Alter-
rum incidit in hominem, alterum non. Ita quidem libuit antiquissimo
A 3

Mendacium dicitur
mentiri autem
vani confundit
in nobis ad propositum
isto

Isto Romano duas p̄ȳt̄is discernere. Nescio tamen ego, an vulgaris sermo idita tulerit. Id observo, Q. Ciceroni in de petit. Consulatus, mendacium dicere idem esse quod mentiri. Verba ejus hæc sunt: Deinde esse extreum, ut irascatur is cui mendacium dixeris (cui quod promiseras, non præstiteris.) Paulò ante dixerat: Qui hoc animo sunt, ut sibi te mentiri malint, quam negare.

X. Cæterum mendacium propriè in malam partem sumi, fraudet omnino vocis etymon. Est quidem derivatum à mendax. Hoc verò derivatum est à verbo mentior: ita quidem, ut pro literâ r, appareat cognata d. Cicero pro Roscio: Nihil interest inter perjurum & mendacem. Nam quimentitur, pejare consuevit. Et, qvem admodum ipsa vox mendacium aliquid mali ac pravi designat, ita & phrasis mendacium dicere. Rursus, qvemadmodum Fabius hanc ipsam phrasim usurpavit in bonam partem, cum dixit, facturum aliquando bonum virum ut mendacium dicat: ita & ipsam vocem mendacium seorsim quandoque, usurpatam reperias in partem non malam. Tullius in Orat. pro Ligario dixit, honestum & misericors mendacium. Pro Cœlio item, modestum, sed non infacetum. Hinc etiam factum, ut mendacium distinxerint in perniciōsum, jocosum & officiosum, secundum Augustinum & Gloss. Ordin. ad Ps. V.

X I. Mirum autem est, eos quibus sic distingvere placet, & hoc sustinere dicere, omne mendacium esse malum per se & naturā suā. Differit Franco Burgersdicius de mendaciis perniciosis, ea per se esse mala & nihil in se boni continere quo malum illud compensetur. Item, præter propriam rationem mali, detrimentum alicui afferre, eoḡ nomine injusta esse. His verò intelligi datur, cætera mendacia quæ à perniciōsis ipse separaverat, officiosum nim. & jocosum, esse & ipsa per se mala; aliquid tamen continere boni, quo malum illud compensetur: detrimentum quidem illa non afferre aliis, habere tamen propriam rationem mali. Sed & deinde amplius, & clarius qvōq; differit in eandem sententiam. Ab Augustini sententiâ, inquit, non videtur recedendum, statuens, omnia mendacia, etiam officiosissima, peccata esse, & nono præcepto aliusq; scripture locis prohiberi. Nam quod per se malum est, non potest ulla effecti ratione fieri bonum. Non enim facienda sunt mala, ut eveniant bona. Et licet generales sententiae sint, quibus

qvibus in sacris literis mendacia prohibentur: nosrum tamen non est, exceptionem sine manifesto scripture loco adhibere. Qvare contendimus, peccata esse officiosa mendacia, sed peccata tamen, qvæ levem habent culpam.

XII. Inconcinna planè hæc sunt, ne quid gravius dicam, & talia ferè, quale illud Epicuri, omnem voluptatem naturā suā bonam esse: non omnem tamen esse appetendam. Sed dicit Franco, non esse facienda mala, ut inde eveniant bona: & qvamvis boni aliquid proveniat ex officioso, ut vocant, mendacio, nihil tamen minus id esse malum. Probet igitur nobis, τ^{δ} falso sermone uti, ubi alterius nihil mali merentis salutem eo promovere possit, id malum esse. Videndum etiam, quid hic vocari malum possit. Malam actionem dicunt moralis doctrinæ Magistri, qvæ à lege naturæ discrepat, qvam cum sciamus omitti debere: tamen patramus, & in nos admittimus. Bonam contrà vocant, qvæ cum lege naturæ congruit.

XIII. An igitur, amabo, mala actio est, si falso sermone utar, ubi alterius, nihil mali merentis, salutem eo defendere & vindicare possim? Qvis nostrum crederet, in mente suā descriptam atque expressam esse hujusmodi legem: falso sermone nemo utitor; etiam si alterum eo juvare ac ab injuriis defendere possit. In nostrâ mente descriptam sentimus planè contrariam legem, hanc nimirum, si falso sermone aliquem, nihil mali merentem, juvare & injurias ab eo defendere possit, tali sermone omnino utendum est. Eandem legem in suis mentibus animadverterunt plurimi quoq; alii. Donatus ad Adelphorum Act. IV. sc. III: *Ipsum fallere in tempore quidam de officiis scribentes rectum putant.* Eustathius ad Odyss. 9. ut jam suprà allegavimus: Ψεός τῷ οὐκ εἴρητο οὐ Φός. Quintilianus item judicavit, facturum aliquando virum bonum, ut mendacium dicat, & quidem nonnunquam levioribus de causis, ut in pueris agrotantibus utilitatē eorum gratiā multa fingimus, multa non facturi promittimus; nedum si ab homine occidendo grassator avertendus sit, aut hostis pro salute patrie fallendus. Vide plura in hanc sententiam allegata ab Hug. Grotio in præclaro op. de J. b. & p. lib. III. cap. I. num. IX.

XIV. Et qvī potest aliter? An tu dices, si falso sermone grassator ab homine occidendo aversus sit, id perperam esse factum? debuisse

buisse verum pronunciari, ut graffator hominem conseqvi atq; interimere potuisset? An male egisse putabis obstetrics Israëliticas, qvi falso suo sermone injurias cædesq; defenderunt à multis recens natis? Annon liquet satis, oportuisse planè obstetrics Israëliticas falso sermone uti? Et, si vero tum usi fuissent, easdem graviter peccasse?

XV. Qvàm verò ἀτάλως hæc sunt scripta ab eodem Burgers-dicio: *Et licet generales sententiae sint, qvibus in sacris literis mendacia prohibentur: nostrum tamen non est, exceptionem sine manifesto scripturae loco adhibere.* Non rectus usus hic appetat vocabula concessivæ litteret, & adversativæ tamen. Voluit fortasse Auctor illud dicere, qvoniā in sacris literis generales sententiae, nec ipse sacre Scripture exceptionem faciant, non licere nobis exceptionem ullam facere. Intelligit autem sine dubio ista: μὴ Ψεύδετε εἰς ἀληθίας, ne mentimini alter alteri, Coloss. III. 9. פְּנַבֵּר דָּבָר כֹּכֶב, Perdes loquentes mendaciū Ps. V.

XVI. Et verum utiq; est, hæc dicta esse generalia, & prohiberi illis omnia mendacia. Sed sciendum est, non prohiberi illis qvomodo falsos sermones. Sunt falsi sermones qvi καλοὶ sunt & οὐκ αληθεῖαι; sunt etiam, qvi Φαῦλοι sunt & ψευποί. Hos posteriores dunt taxat interdicere voluerunt sancti Viri: non simul & priores. Sunt ea vocabula qvibus Paulus & David usi sunt, μηδὲ Φαῦλοττοι οὐκέτη μηδέποτε, ut Philosophus lib. II. Eth. Nic. c. VI. loquitur. Ψεύδεσθαι apud Paulum significat falso sermone uti, ubi non deberas. Vox כֹּזֶב item non qvemvis falsum sermonem significat, sed talem modō, qvi cum omitti deberet, tamen profertur. Eadem scil. illorum vocabulorum ratio est qvæ Latini mendacium, de quo monuimus jam supra. Significat hoc qvoq; non qvemvis falsum sermonem, sed talem qvi tum profertur, cum deberet verus proferri. Sic & libido, non qvamvis cupiditatem, sive appetitionem, sed pravam modō significat. Et homicida non qvemvis significat, qvi hominem interimit, sed talem modō, qvi male & contra leges id facit.

XVII. Est ubi falso sermone uti oportet. Est verò etiam, ubi non qvidem oportet, sed tamen licet falso sermonem proferre, ita ut eo non pecces. Est deniq; ubi falso qvidem uti non decet, sed tamen nec verū proferre oportet. Si qvis ex me scire velit, qvæ nihil ad ipsum

Ipsum pertinet, non obligatus sum ad verum sermonem proferendū : sed redarguere licet talem hominem, dicereq; Tuā qvod nibil refert, percontari desinas. Ita rectius feceris, qvā si falso sermone ad talem hominem utare. In bellis licitum est tum falso sermone, tum qvoq; aliis falsis signis hostem circumvenire. Non tamen semper ita facere prorsus oportet. De Romanis proditum est, eos aperto Marte maloisse pugnare, qvām astu & dolis vincere. Apud Tacitum lib. II. legimus, populum Romanum non fraude, neg, occulte, sed palam & armatum hostes suos ulcisci. Sic & Aelianus lib. XII. var. histor. cap. 33 : Αἱ ἀρετὴς τὸν ἵστορον παραμένει ἀγαθοὶ ἐν αἷς, & πάντα διὰ τέχνης καὶ ἔπιβραδῆς κατεγωνίων τοῦ ἐκθόρησεν, Etenim Romani virtute fortes esse dicerunt : non technis calliditate vel insidiis hostem superare. Sed licet tamen insidiis ac bellis uti. Notum est Maronis illud : Dolus an virtus quis in hoste requirat ? Idq; seqvitur ipse

Ripheus justissimus unus

Qui fuit in Teucris & servantissimus aequi.

Iti discernere sciunt dolum bonum à malo. Hinc titulus Pandectarum de dolo malo: ad differentiam boni scilicet. Lege I. ejus tit. ex Vlpiano ita disseritur : Non fuit autem contentus prætor dolum dicere sed adjectit malum: quoniam Veteres etiam dolum bonum dicebant: Et pro solertia hoc nomen accipiebant, maximè si adversus hostem latronem. vē quis machineatur. Bartolus notavit, bonum dolum esse qui committitur adversus hostes publicos. Augustinus qvæst. X. in Josuam : Cum justum bellum suscipitur, vi apertā pugnet quis aut ex insidiis, nihil ad iustitiam interest. Et Chrysostomus lib. I. de Sacerd. laudandos judicat Imperatores, qui fraude victoriam qvæsiissent. Nec immerito sanè. Per istiusmodi enim dolos in compendium mittuntur ipsa bella, iisdemque sit, ut multorum hominum cædibus nihil sit opus. Quid qvōd ipse Deus non semel jussit non aperto Marte, sed strategematis uti, atq; ex insidiis adoriri hostem? Recte sane Eulstratius ad lib. VI. Eth. Aristotelis : οὐ εὖ βελευόμενος τοι εἴ τις ἀνάγκης ὁ ἀληθεύων εστιν. Εἰς γάρ τοι τὸ βελευόμενον καὶ τοῖς αἵτινας τοῖς ψεύδεσι βελεύονται, οὐ πάντας ψεύσονται τοῖς τινας η ἐχθροῖς οὔτε, οὐ σφάλησιν, η φίλους, οὐ εἰκόνην αὐτῶν δοπήσκεται. Qui consultat eum non

B

necessitatem

necessè est semper veri esse studiosum. Est enim ubi is qui rectè consultare velit, de ipso falso sermone preferendo consultare debeat, ut oportunè felicet falso sermone utatur ad aliquem qui hostis est, ut eum decipiatur, aut ad amicum ut eum à malo liberetur.

XVIII. Cæterum strategemata in eo potissimum consistunt, ut quædam appareant hosti, ex quibus is aliud colligat, quam quod verum est: ut si signes in castris fiant, ex quibus deinde conjicitur, hostem adhuc esse in castris, cum tamen ea jam reliquerit. Sic Darius ut Scythas falleret discessu, canes atque asinos in castris reliquit: quos cum latrantes rudentesque hostis audiret, remanere Darium credidit, ut Frontinus lib. I. de Strateg. cap. V. refert. Si igitur istiusmodi signis utiliter licet, ex quibus id quod falsum est, conjiciatur hostis, quidam & signis verborum utiliter liceat in eundem finem? Zopyrus Persa tum alias falsis signis, tum quoque falso sermone decepit Babylonios, ut hos sub jugum Regis sui Darii revocaret, ut ab Herodoto proditum est, in Thaliâ. Idque minimè reprehendendum, sed laudabile factum fuit.

XIX. Sed in ipso quoque bello est, ubi falso sermone uti non modò licet, sed & oportet. Exempli gratiâ: si quis in manus hostis inciderit, & verendum ipsi sit, ne verum ex se invito extorquatur de patriæ suæ statu, atque ut ipse tormenta sit ferendo, oportuerit tum falsa quædam dicere, quibusunque gratiam captare possit, ut ita à tormentis liberere. Item, si gens quæpiam injusto bello appetatur, eiique adeò injuria fiat; quidam autem ex eâ gente falso sermone apud hostem efficere possit, (quale quid sane usi venire nihil prohibet) ne tantum injuriarum innoxia genti inferat, aut inferre possit hostis, quantum alias, absque falso sermone si foret, inferret: annon putas istum hominem prorsus obligatum esse ad utendum non sermone vero, sed falso? Nobis sane non aliter videtur, quam obligatum ipsum esse, & oportere ipsum sic facere.

XX. Cæterum de pace, fœderibus ac induciis pangendis res aliter se habent. Siquis ab hoste impugnando desistere non cogiter, & sermone tamen apud hostem utatur, quam id animi sibi esse significet, is non ferendus evidem, sed meritè reprehendendus foret. Inducias pangere nihil aliud significat, quam ultro citroque profiteri & promittere, se ab hostili incursione ad certum temporis

spatiū

spatium velle abstinere. Tali verò sermone non decet uti, si abhōstili incursione abstinere tibi non sit animus, siq; bellum ad tempus omisssurus non sis. Ita enim fieret, ut alter alteri nunquam fidem haberet, atq; adeo nec ipsum bellum, nisi si alter duorum hostium planè oppressus fuerit, desineret, multaq; interea patrarentur mala, qvæ absq; falso sermone si foret, fuissent intermissæ.

XXI. Porrò falso sermone uti qvoq; licet ad pueros, ad amentes, ad agrotos, ubi id si non levitate qvadam animi, aut malo consilio, sed bonum in finem, qvi absq; falso sermone si foret, vel prorsus non, vel difficulter & non tam commodè obtineri posset. Hoc illud est qvod suprà ex Qvintiliano allegavimus, *in pueris agrotantibus utilitatis eorum gratiâ multa nos fingere, multa non facturos promittere*. Pertinet huc item qvod Maximus Tyrius, Philosophus Platonicus, habet: *ἡ ιαρχὸς τοσοῦτη εἰξαπατᾶ, η σεπτηνὶς σεργόπεδος η κυβερνήτης ράύλος η δεινὸς δέος*. Et medicus agrotum & imperator exercitum, & gubernator nautas decipit: nec qvicquam id mali habet. In his præcipue observari meretur, qvod de Imperatore sive Duce belli dicit, licere ipsi *τῷ σεργόπεδῳ εἰξαπατᾶν* exercitum decipere, hoc est, falso sermone uti apud militem suum, in bonum finem, ad animos confirmandos, adeoq; ad conciliandam victoriam. Agesilaus, ut Plutarchus autor est, cum Pisandrum à Pharnabazo & Conone victum intellectisset, jussit militibus contrarium dici. Ita qvoq; dicerelicit militi, copias auxiliares jamjam affore, cum tamen nullæ sint venturæ. Licet dicere, hostem ab altero cornu jam fugere, si maximè id non sit verum. Nec licet tantum Imperatori, sed & oportet illum, si aliter victoriam conciliare nequeat, tali falso sermone uti: ut scil. his à qvibus belli summa ipsi commissa est, suam fidem & diligentiam proberet.

XXII. Sunt adhuc multa alia, in qvibus falso sermone uti non tantum licet, sed & qvandoq; laudabile est. Qvis id culperet, qvod Sanctus Josephus duriuscule initio tractavit fratres suos, hosq; se pro exploratoribus habere dixit, cum tamen satis sciret, eos hac qvidem culpâ prorsus vacare, nec pro exploratoribus eos haberet? Qvis non magnopere laudandum putet, qvòd sapientissimus Regum Salomon, ut verū eliceret, falso sermone usus est, simulavitq; quasi vellet infan-tem in partes secari, qvod tamen revera non volebat, sed nec fieri fas

erat? Sane in sacris literis tantum abest, ut ejus simulationis ulla reprehensio appareat, ut & omnis populus sapientiam Regis hinc agnoverit, & sacra scriptura ipsa id facti haud obscurè collaudet. Qvis porrò Elixæum Prophetam percasce credat, cum venientes ad se capiendum, falso sermone elusit, dicendo, virum quem quererent, esse in alia urbe, inq; ipsam Samariam, ubi in hostis potestate futuri erant, eos perducendo?

XXIII. Hæc licet tam clara ac manifesta sint, ut nihil possit magis: sunt tamen Viri docti, qui contendunt, nullum falsum sermonem vacare culpâ. Franconis Burgersdicii dissertationem supra vidimus, atq; excussum. Cl. Hornejus quoq; in Philosophiâ morali, ubi de veritate agit, de triplici quod unâ cum aliis numerat mendacio, tantum sic sentit, unum altero majus aut minus peccatum esse, nullum autem eorum culpâ prouersus vacare. Censet item insigniter errasse Eustratiū, quod is quoq; in eam sententiam, in quam nos suprà, differuit. non tantum enim id recte rationi, sed & ipsi Aristoteli directe repugnare. Laudat quoq; illud Augustini ex ejus Enchiridio: *Interest equidem plurimum, quâ causa, quo fine, quâ intentione quid fiat: sed ea que constat esse peccata, nullo bona cause obtentu, nullo quasi bono fine, nullâ velut bonâ intentione facienda sunt.*

XXIV. Nos Vico Clarissimo, quem ob magna merita magni sane æstimamus, hac in parte additipulari non sustinemus. Eustratiū quædam verba producta sunt supra. Qvibus gemina sunt in Commentario ad tertium Ethicorum. Quæ an ipsi Aristoteli repugnant, non libet nunc operosè exquirere: neque si repugnarent, propterea continuo & falsa forent. Repugnare verò & recte rationi, nobis, ut suprà professi sumus, non liquet. Augustini illa laudo, non improbo, sic generaliter intellecta. Quæ peccata esse satis constat, ea si in bonum finem peragantur, peccata esse non desinunt utique. Si quis eripiat uni homini, ut habeat quod det alteri, id æquè pravum est, ac si eo fine eripiat, ut habeat quod convertat in suos usus. Ita quoq;, si quis hominem interimat, quem certò vider interemperum alium quendam, nisi ipse interimatur, is culpâ minimè vacabit. Talibus ingerdendum merito est, non esse facienda mala, ut inde eveniant bona. Nam alteri suam eripere, hominem privatâ autoritate interimere,

manu

manifesta peccata sunt. At falso sermone uti tale quid est, quod proue-
animus eo utentis, & finis se habet, vel bonum, vel malum, vel indiffe-
rens est; non secūs qvām ambulatio aut manus extensio pro diversita-
te animi vel bona, vel mala, vel *αδιά Φογός* est. Qui manum exten-
dit, ut dum esurit, cibum sumat, is nec bene nec male agit. Qui exten-
dit, ut alteri vitam adimatur, is male agit. Qui deniq; extendit, ut ali-
cujus probi hominis vitam conserver, is recte agit ac laudabiliter.

XXV. Cæterum falsi sermonis usum rectum non tam fre-
quentem esse qvām veri, facile sane largimur. Vero sermone in so-
cietaate humanâ plerumq; uti oportet: falso autem uti rariusculè mo-
do vel licet, vel oportet. Tunc falso sermone uti pessimum est, si is
alteri incommodet, ipsumq; bonis suis privet. Ex. gratiâ, si is qui
merces venales habet, falso sermone commédet eas qvę viles sunt, qvòd
pluris emantur ea, qvām par erat. Vetus lex Attica fuit, *καὶ τὴν αγο-*
εῖν αἰψευδέων. Tullius cum in tertio de officiis disseruisset, virtus
mercum malè celari vendentibus, subdit deinde: Qvòd si vituperan-
di sunt qui reticuerunt: quid de iis existimandum est qui orationis vanita-
tem adhibuerunt? hoc est, qui falso insuper sermone sunt usi, & vicio-
sas merces laudarunt. Paucis interiectis hæc addit: Nec ut emat melius,
nec ut vendat, qvicq; am simulabit aut dissimulabit vir bonus. Qvòd verò
paulò ante approbare videtur definitionem *doli* mali quam Aqvilius de-
derat, cum esset scil. aliud simulatiū, aliud actum; qvòd item secundum
istam definitionem, ex omni vitâ simulationem ac dissimulationem tol-
lendam scribit, id nimis crudè dictum meritò censerì debet.

XXVI. Deinde etiam pessimum falsi sermonis genus est, si
quis sibi virtutem aut scientiam arroget qvam non habet. Per se il-
laudabile est, virtute aut scientiâ, siq; am habeas, te ostentare velle,
atq; ut propterea honorére, avidè requirere. Quantò igitur pejus est
arrogar sibi qvempiam qvod non habet? Philosophus in quarto de
moribus cap. 13, de talibus hunc in modum: *δοκεῖ δὲ μὴ αλαζών,*
πρεσβυτηρὲς τὸν εὐαγγελίον κατερχόντων, καὶ μαζόνων τὴν
εὐαγγέλην. Cæterum qui falso sermone sibi virtutem aut scientiam
arrogant qvam non habent, illi diversorum sunt generum. Quan-
doq; id gloriæ captandæ causâ faciunt: alias verò captandi lucri causâ.

Ec pejores quidem sunt, qui captandi lucri causâ id faciunt, atque ut provincia quædam ipsis demandetur, cui sustinenda ipsi non sunt apti. ita enim sit, ut ad ipsam injustitiam paretur gradus, qui que operâ hominis se usuros sperant, ut illâ postea non possint, suisq; bonis priventur ac defraudentur. Philosophus prædicto loco: ἐνέκρινε τὸν αὐχέντων προσποίηταν οὐ μὲν δόξης η τιμῆς, εἰδία φεύγει, ὡς οὐ λαλήσων. οὐ δέ σέωντος, η οὐτε τοῦ δόγματος, αὐχήτης φεύγεται. Censet & Philosophus, si quis gloriæ modò aut honoris captandi causâ falso sermone utatur, eum non tam vituperandum esse, quam illum qui pecunia acqviscere causa id facit.

XXVII. Sed autumat quoq; Philosophus fieri posse, ut quis majora sibi arroget quam habeat, nullius rei causâ, non gloriæ scil. nec lucri captandi. Dixerit de eo sic: Qui autem majora quam habet, singit μηθεὸς ἐνέκρινε nullius rei causâ, Φαύλω μηδὲ εἴκει πρᾶγμα quidem similis est. alioquin enim non gauderet mendacio. μάταιος τὸ Φαύλων μᾶλλον η κακός, vanus tamen potius videtur quam malus. Ceterum & hoc observare licet, esse homines quibus falso sermone uti volupe est, non ut arrogant sibi quod non habent, sed & citra istam causam. Quibusdam moris est falso sermone uti, modò ne desit quod garriant, & ut sodales suos, novitatis avidos, falso sermone detineant, seq; ipsis gratos faciant. Atq; hi revera μάταιοι vani sunt, quod facta singunt quæ non sunt facta, eaq; credere jubent alios. Ipsi quoq; sermones istiusmodi τοιούτων καὶ νενῶν λόγων, ματαιοτοιῶν κανοφωνῶν, mendaciorum deniq; appellationibus sunt dignissimi. Apprimè talibus congruit, quod in Ecclesiaste cap. VI, v. ii. dicit Salomon: יְשִׁירָה מִרְבֵּה מִרְבֵּים בְּכָל multi sermones multiplicant vanitatem. Pertinent quoq; sermones illi ad eos quos Hebrei בְּתַלְיוֹן oriosos, leves, inanes, itemq; שִׁיחָה בְּתַלְהָה appellant. In N.T. & quidem Matth. XII. 36. notantur quoq; nomine σύντατος δέγγες. Ad quem locum Evangelista S. Hieronymus sic commentatus est: Otiōsum verbum est quod sine utilitate & loquacitate dicitur & audientis, si omissis seriis de rebus frivolis loquamur, & fabulas narremus antiquas.

XXVIII. In

XXVIII. In talibus quæ sive alter sciat, sive nesciat, perinde est, hoc est ex quorum nec scientia, nec inscientia ipsi damnum ori potest, semper utendum est sermone vero, nunquam falso. Aristoteles id vocat, εἰ τὸς μὴ διαφέρει, ἀληθέυειν. Et hoc solum quidem ipse pertinere ait ad eam virtutem quam τῇ ἀληθεύειᾳ & τῇ ἐρωτείᾳ opponit. Non de eo intelligi volumus, inquit (τῇ ἀληθευτικῇ) qui in partis verum dicit, nec de iis quæ ad iniquitatem ac justitiam spectant: hac enim sunt alterius virtutis: sed de eo, ὃν μηθεύος ποιήσει διαφέρει τοις οὐ λόγῳ καὶ τῷ βίῳ ἀληθεύει, τῷ τὸν ἔξι ποιήσει τοις εἴται, qui cum nihil hujusmodi interest, tamen ē sermone ē vitâ verum proficitur, propterea quod ex habitu talis est. Ita vero nec ad ἀληθεύειαν, quam veracitati opponit, Philosophus referre poterit, si quis ἀληθῶν arrogans se scientiis ac artibus instructum, mentitur, eo fine ut lucrum capret. Hoc enim manifeste ἡς ἀδικίας Curtevia ad iniquitatem tendit, ut ipsius Philosophi verbis utar, quæ in cap. XIII. lib. IV. Eth. habet. Qui sapientia hominis uti vellent, & in circulo nummos solvunt, ii sane defraudantur, inusteque privantur suis bonis; non aliter quam is qui nimio emit viles merces, quod hæc à venditore laudare fuerant.

XXIX. Expositum ita est, ubi sermone vero utri oporteat: ubi item vel liceat vel oporteat falso uti. Quid autem verus sermo? Est, ut initio dictum est, talis qui cogitationis veræ signum est, quiq; ipsas res conjungit, quæ conjungendæ sunt, aut quæ sunt separandæ, eas separat. Falsus contraria est, qui signum est cogitationis falsæ, qui que ipsas res vel male separat, vel male conjungit. Sed dices, non posse id semper fieri, ut tali sermone utamur. Quandoque enim ipsos nos non posse cogitationem veram habere, propterea quod saepe falsum narretur ab aliis, quibus ruto accredi posse nos putemus, & tamen decipiámur. Neq; id requiritur a nobis, ut semper orationem proferamus, qui cum veræ cogitationis signum sit, cum ipsas res recte conjungat aut separat. Ubi ipsis certi non sumus, quid cogitare debeamus, ita ut cogitatio nostra sit vera, non mirum est, si nec orationem proferre valemus quæ vera sit. Requiritur tantum a nobis illud, ut, quoad ejus fieri potest, de certis quibusdam rebus sermone vero utamur.

XXX.

XXX. Deinde dices, posse fieri, ut oratio externa qvidem satis recte res conjungat aut separaret, nec ipsa tamen cogitationis veræ sit signum. Exempli causâ: si quis verum pronunciet inscius, cumque dicere vellet falsum, tunc oratio externa sanè ipsas res recte conjungit aut separat, nec ipsa tamen cogitationis veræ videtur signum esse, propterea quod ista cogitatio quam homo habet, est falsa. Sanè ita est: non existit tunc in ipso illo homine cogitatio vera, atq; igitur nec cogitationis alicujus quæ in isto homine existat, potest signum esse. Sufficit autem quod ista oratio ad cognitionem veram significantiam apta est, quodque ipse ille qui audit, non aliter conjicit ac existimat, quam tum sermonem istum ipsas res recte conjungere aut separare, tum ipsum quoq; hominem qui sermonem profert, cognitione suâ rite res conjungere aut separare.

XXXI. Cæterum qui sermone utitur qui ipsas res satis recte conjungit aut separat, nec tamen in mente suâ cognitionem habet cuius sermo iste simul sit signum, sed cognitionem habet contrariam, is propter sermonem istum nullam meretur laudem; propterea quod sermonem verum profert inscius, & cum se falsum proferre putat. Contrà, si quis se veram cognitionem habere putet, & orationem quoq; proferat, quam tum vera quam habeat cognitionis signum esse, tum ipsas res recte conjungere aut separare credat, & fallatur tamen: non est is propterea usquequaq; reprehendendus. Tantum prvidendum, ne nimis facile credamus unicuiq;, nevè in errorem nos adduci patiamur. Quidam hic distinguunt inter veritatem Logicam & Ethicam. Et illam qvidem dicunt esse convenientiam orationis eum re, hanc verò convenientiam orationis cum mente. Si igitur falsum quis cogiter, ubi se verum cogitare credit, & sermonem proferat, qui falsæ istius cognitionis sit signum: sermo iste solummodo propterea verus dicendus fuerit, quod sic res conjungit aut separat, ut ipse homo in mente suâ facit. Nobis v. non placet, sermonem aliquem qui ipsas res non recte conjungit aut separat, tantum propterea verum dicere, quod cum proferentis mente congruit. Dicimus & hunc esse falsum sermonem: sed talem qui non
debeat reprehendi.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730155331/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730155331/phys_0020)

DFG

XXVIII. In talibus quæ sive alter scit, hoc est ex qvorum nec scientia, nec insci potest, semper utendum est sermone vero, nū teles id vocat, ēr oīs μὴ diaφέσει, ἀληθεύειν. ipse pertinere ait ad eam virtutem quam rū reæ opposit. Non de eo intelligi volumus, qui in pactis verum dicit, nec de iis quæ ad injicant: hac enim sunt alterius virtutis: sed de diaφέσει, ἢ ēr λόγῳ ἢ ēr βίῳ ἀληθεύειν. qui cum nihil hujusmodi interest, tamen proficitur, propeerea quod ex habitu talis ἀληθεύειν, quam veracitati opponit, Philo siqvis ἀληθῶν arrogans se scientiis ac artibus, eo fine ut lucrum capret. Hoc enim Curteives ad injicitiam tendit, ut ipsius Philo cap. XIII. lib. IV. Eth. habet. Qui sapientia in circlo numeris solvunt, ii sane defraudant suis bonis; non aliter quam is qui nimio emit a venditore laudare fuerant.

XXIX. Expositum ita est, ubi sermo ubi item vel liceat vel oporteat falso uti. Est, ut initio dictum est, talis qui cogitationis ipsas res conjungit, quæ conjugendæ sunt, a cas separat. Falsus contraria est, qui signum est que ipsas res vel male separat, vel male conjugat aut separat. Ubi ipsi certi non solumbeamus, ita ut cogitatio nostra sit vera, non nem proferre valamus quæ vera sit. Requid, ut, quoad ejus fieri potest, de certis quibus utamur.



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

, perinde
um oriri
Aristo-
qvidem
τῇ ἐρω-
θευτικῷ
itiam spe-
os τις τάχη
πλάτος
τὰ verum
δ nec ad
poterit,
mentia-
ἀδικίας
r, quæ in
ellent, &
privantur
quod, ha-
porteat:
s sermo?
est, quiq;
parandæ,
falsæ, qui-
lices, non
nim ipsos
sæpe fal-
& tamen
iem pro-
res recte
gitare de-
ec oratio-
nem nobis il-
lumone ve-

XXX.